

FR. 58. (7)

IV. 350
Zb
7134

S A C R V M
P I I S M A N I B V S
V I R I
MAGNIFICI ATQVE SVMMI VENERABILIS
**CAROLI GOTTL OB
HOFMANNI**

SACRARVM LITTERARVM DOCTORIS EARVMDEMQUE
PROFESSORIS PVBLICI ORDINARII PRIMARII ORDINIS
SACRI ATQVE TOTIVS VNIVERSITATIS SENIORIS IUDICII
SACRI IN CIRCULO ELECTORALI SENIORIS ASSESSORIS
IBIDEMQUE ECCLESiarVM SVPREMI ANTISTITIS
AD D. MARIAE PASTORIS PRIMARII ATQVE
ORDINIS THEOLOGICI IAM DECVRIONIS

S A N C T V M

BIBLIOTHECA
POMMERANIANA
POSSEVUNT
SCHOLAE CIVICAE RECTOR ET COLLEGAE

WITTEBERGAE

LITTERIS CAROLI CHRIST. DÜRRII ACAD. A TYPE

FVIT, et eheu !fuit CAROLVS GOTTLLOB HOFMANNVS, sacrarum litterarum doctor, earumdemque professor publicus ordinarius, isque primarius, non ordinis sacri tantum, sed etiam totius vniuersitatis senior, iudicij sacri in circulo electoralio senior assessor, ibidemque ecclesiarum summus praesul, ad d. MARIAE pastor primarius, atque ordinis theologici iam decurio, vir, virtutibus ad munia, summi ipsi collata numinis cura, obeunda maxime illustris

Ecquis est, quin iacturam hanc ingentem, neque scimus, an facile reparabilem? maxime doleat? Etenim amiserunt, academia doctorem, purioris amantissimum veritatis ac tenacissimum, collegia, quibus interfuit, consiliorum prudentissimorum socium fidum, templum acrem oratorem et dulcem, eius curae concreditae ecclesiae praesidem grauem et custodem; ne quid de iactura dicam, quam filii, filiae, affinitates atque reliquae necessitudines passi sunt

Quod ad nos, qui artibus iuuentutem ad humanitatem informamus, ex hoc funere dolorem ac luctum percipimus. Nos etiam HOFMANNVM desideramus, HOFMANNVM, qui scholae ciuicae curam minime neglexit

REIMMANNVS, qui prius, quam sacra hildesiensis curaret, Osterouici et Halberstadii scholas gubernauit, iudimoderatorum curam sacris demandare oratoribus, praeposterum quidem iudicat et peruersum, quin potius hos illorum fidei credendos esse (*in der Nachricht von seiner Person und Schriften*, p. 196). Provinciam quidem quamdam scholasticam obire, b. HOFMANNO numquam contigit. Qua de prouincia quamquam LVTHERVUS iudicauit quam honorificentissime nostris tamen temporibus, quum hinc et inde exsurgunt, qui haud prospero ausu, conditio-nes de emendandis scholis non concoctas proponunt, eam ambire, non necessarium statuimus. Interim HOFMANNO talis fuit ingenii indoles, ut scholarum saluti bene prospicere potuerit

NATIVITATEM vna cum educatione multum valere atque magnam in futuram vitae rationem potestatem exferere, prorsus negari nequit. Inde etiam HOFMANNO scholae pro-curandae habilitatem enatam esse putamus. Non enim sufficit, natum esse ex patre, rerum perito scholasticarum, sed etiam accep-dit,

dit, ab praceptoribus erudiri, fide, habilitate, eruditione, praeclaris. Talis fortuna HOFMANNO contigit, quippe quem pater eius in schola niuemontana docuit, et qui DOPPERTVM, TROMMELERVVM, praeceptrores, et eruditionis laude claros, et de re, non tam patria, quam tota scholastica optime promeritos, natus est. Neque HOFMANNVM tempus in schola in otio ac desidia, plurimorum more nostri aei discipulorum, contriuisse, ex elogio constat, quo DOPPERTVSabiturientem HOFMANNVM (A. O. R. C19CXXI) ornatuit

NEC relicta schola, litteras non seposuit scholasticas HOFMANNVS multorum eruditorum more, qui, quasi personis suis indignas cum altioribus, quas vocant, scientiis conciliari non posse opinantur. Ab hac praeiudicata opinione, quae multorum nostra aetate animos occupat, longe alienum fuisse HOFMANNYM litteratissimum, ingenii, quae prostant, et quae haec loci commemorare iuuat, satis sunt testimoni

DE graiorum accentibus, quos b. GESNERVS (in diss. de accentuum veterum graecorum genuina pronuntiatione, Gotting. c19 cclv) retinendos esse, censet, nam ad veterem suauiter pronunciandi rationem, si non plane restituendam, ad intelligendam certe multum faciunt, nec illus assequitur profecto intellectu bonam tot librorum partem, qui hodie exstant, nisi doctrina accentuum imbutus, de his, inquam, accentibus longam inter eruditos fuisse contentionem, ex SIMONIS (introd. grammaticocrit. in ling. gr. p. 78 sqq.) WALCHIO (introduct. in ling. gr. p. 99 sqq.) GALLY britone (a dissertation against pronouncing the grecck langage according to accents, Londin. c19 cclv) intelligimus. Verum HOFMANNVS ab eorum partibus stat, qui sine accentibus linguam graecam olim fuisse lectam aequa ac pronunciatam afferunt, praeterea seriem antiquissimorum codicium graecorum sine accentibus manu exaratorum in lucem producit. Quare de genuinalinguae graecae modulatione sine accentibus commentationem Lipsiae c19 ccxxviii edidit, quam c19 ccxxxiii recusam auctores et auctorum eruditorum germanicorum (P. cxxxvi. n. v.) et auctorum latinorum lipsiensium (c19 ccccc mens. n. xv.) eximie collaudarunt

ALTERVM, quod de HOFMANNI rerum scholasticarum intelligentia prostat, testimonium est methodus, sive ratio interpretandi Q. HORATII FLACCI poemata. Hanc cum viris doctrina praestantissimis communicauit sibique nouam HORATII editionem paraturo consilia insuper expertit (Lipf. c19 ccxxviii.) Tria fuerunt, quorum perpetuam in hac noua editione habere curram vellet. Primum, vt corruptissima exempla, quae magno cum damno nostris in terris leguntur, manibus puerorum extricarentur. Secundum, vt iuuenes, nunc vocum difficiliorum, nunc historiae, morum antiquorum ignorantia laborantes, facilitiori modo

JK26 7/34

X3A85090

W28

modo cognoscant res, ab HORATIO prolatas. Tertium, vt et illi, qui grauioribus curis distracti, docta otia in HORATII lectione subinde quaerunt, habeant, vnde statim sumant, discantue, si qua obscuriora et maiori cum temporis dispendio, in prolixis scholiastrarum spissisque antiquariorum voluminibus conquerenda essent. Quam methodum, si quis est, qui legat, HOFMANNVM ad interpretandum hunc vatem mediis necessariis haud destitutum fuisse cognoscat.

POSSEMVS de eius notitia rerum ad scholas pertinentium plura documenta proferre, vt, quorumdam ab c. s. SCHVRZ-FLEISCHIO compositorum libellorum, introductionis in N. T. ab PRITIO confectae, editionem. Sed duo potius, eademque maiora adferre nobis lubet, quae satis superque testantur, quantae curae ipsi scholae fuerint. Primum est sermo facer, quem contra contemtores scholarum habuit (*von der Gering-schätzung hoher und niederer Schulen, in den unerkannten Sünden*, pag. 164.) sermo, in quo scholis contemtorum imprudentia viuis depingitur coloribus. Alterum est praefatio, cuidam ab IMMAN. GOTTL. ANTONIO edito libro praemissa, (D. C. G. HOFMANNI *Vnterricht für die, die zur Beicht und Abendmal geben wollen, in Frag und Antwort zergliedert von M. I. G. Anton*, Lips. ccccclxviii.) in qua conditiones dat, quibus doctorum in scholis rationes et vtilitates reddantur meliores.

PRAETERA non est, quod HOFMANNVM inter eos referamus, qui tantum docuerunt, nec, quod docuerunt, exercuerunt. Quoties illi viro placuit, scholam visitare nostram; sed illi placuit, non tum temporis solum, quum annua lustratio instituenda esset, toties virum, rerum scholasticarum optime ginarum, etiam hoc tempore, quo noua scholae constitutio introducta fuit, cognouimus. Proinde eius maturam quidem, verum nobis acerbam mortem ex animo lugemus, et memoria eius, quamdiu viuemus, in nostris mentibus et sermonibus haeredit. At, quae summi numinis, vti pro omnibus rebus, ita pro scholis assidua et perpetua cura est, nostrae scholae detalem tutorem, qui nihil agat, nisi vt maius ei quoridie adferat incrementum.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-780050-p0004-8

AC

DFG

FL. 58. (7)

IV. 350
Zb
7134

SACRVM
 PIIS MANIBVS
 VIRI
 MAGNIFICI ATQVE SVMMI VENERABILIS
**CAROLI GOTTLLOB
 DFMANNI**

TERARVM DOCTORIS EARVMDEMQUE
 VBLICI ORDINARI PRIMARII ORDINIS
 TIVS VNIVERSITATIS SENIORIS IVDICII
 O ELECTORALI SENIORIS ASSESSORIS
 ECCLESIARVM SVPREMI ANTISTITIS
 AE PASTORIS PRIMARII ATQVE
 THEOLOGICI IAM DECVRIONIS

A N C T V M



CAE RECTOR ET COLLEGAE

WITTEBERGAE

CAROLI CHRIST. DÜRRRI ACAD. A TYPIS

